



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 22. Cardinalis Propositiones ad Viterbiensem Episcopum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

**Sæcul. XVI.**, „expetunt. „ Ad hæc Cardinalis vir  
A.C. 1562. prudens ac circumspctus Præfuli hæc  
in responsis dedit, id Præfulum ope-  
ra, non mea conficiendum est, cum in  
hac Synodo nonnisi privati hominis, o-  
mniue auctoritate destituti vices a-  
gam. Verum mox Gualterius re-  
suit: in ea re simul omnes Legatitan-  
tum efficere nequeunt, quantum sola  
Eminentia vestra valet, non enim aliunde  
Hispanis ad concitandos tumultus a-  
nimus fuit additus, nisi a concepta spe  
fore, ut Lotharingius unacum Gallie  
Episcopis etiam Nationis Hispanice  
Prælatis suffragaturus esset, indeque hi  
majorem auctoritatem in suis Diœcese-  
bus adepturi forent: quamprimum ita-  
que se a vestra Eminentia derelictos  
cernent, ad obsequium, unde digressi,  
mox redibunt. Tum Præfulus a Cardi-  
nale petiit, ac pene rei promissionem  
obtinuit, ut, cum primum is publice  
verba in conventu faceret, Patres hor-  
taretur, ut ea duntaxat argumenta a-  
gitare vellent, quæ magis ad Synodi  
decorum, solidiusque ad salutem popu-  
lorum conducerent.

### §. XXII.

*Cardinalis Propositiones ad Viter-  
biensem Episcopum.*

Per.



Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Pallav. i.e.

Perceptis hisce Cardinalis Lotharin-  
gius, se promissa sua operis constan-  
tia comprobaturum, Præfuli sponde-  
bat, subjungens, se abfuturum ab il-  
lis Patrum conventibus, in quibus forte  
inutilibus disputationibus tempus in-  
sumi cerneret: his quoque adjecit, quod  
mandata sibi commissa Gualterio com-  
municare velit, eoquod existimaret, in  
illis quædam contineri, quæ nec con-  
grua, nec decentia viderentur: de cetero  
autem ei significare vellet, qua ratione  
Fontifex Gallis satisfacere posset.

Itaque hanc in rem proposuit Lo-  
tharingius, I. sedate Canones firma-  
rentur, dieque vigesimo sexto Novem-  
bris jam præstituto Sessio celebraretur.  
II. Præfides habitu conventu solum Lo-  
tharingium pro Ecclesia Gallicana ad-  
vocarent, duos vero Præfules Hispanos  
pro Hispana, & quem ipsi Præfides  
vellent, pro Italica, qui concordi opera  
eos Canones conficerent: tunc mihi,  
prosequebatur Cardinalis, polliceor, huic  
consilio Præfules Gallos non repugna-  
turos, idemque adhibita dexteritate  
debita de reliquis nationibus esse spe-  
randum censeo. Postea retulit, se affi-  
due ab Hispanis urgeri, ut se cum illis  
conjungeret; eosdem etiam promisisse  
affirmabat, quod omnes suas sententias

L 3

in



Sæcul. XVI. in cœtu proferendas eidem commun  
A.C. 1562. care vellent.

## §. XXIII.

*Disceptatio circa Sedis prærogati  
vam inter Claravallensem, &  
Cassinenses Abbates.*

Pallav. 1.19. Cum autem Lotharingius diuturnior  
s. 2. n. 6.

morbo premeretur, ipsus petebat,  
ut ob dubiam recuperandæ valetudi-  
nis suæ spem nequaquam diutius a Con-  
gregationibus vacaretur: prout etiam  
factum est. Interea in Conventu  
die decima sexta Novembris celebrato  
Episcopis nuper adventantibus, aliis  
que suæ destinabantur sedes: inde vero  
quædam exoriebatur diffensio inter Ab-  
bates ex Congregatione Montis Cassini,  
& inter Hieronymum de Souchier na-  
tione Gallum, Abbatem Claravallen-  
sem, qui purpura a novo Pontifice de-  
coratus fuit, quamvis hanc dignitatem  
bina vice recusasset. Hic Claravallen-  
sis Abbas jus suum hac ratione com-  
probare nitebatur, afferens, quod Cas-  
sinenses Abbates re ipsa non essent ex  
Ordine S. Benedicti, sed duntaxat ex  
Congregatione S. Justinæ, quæ non im-  
pridem ab Eugenio IV. confirmata  
fuerat, proin antiquior foret Claraval-  
lensis Ordo: insuper plura alia allega-  
bat

